



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Ad librum VI. Decalogi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

Cap. 4. § 2. num. 3. post illud *Donatione paterna*. Adde.

Hoc autem querimus, quando filius velit succedere Patri. Nam si contentus donatis, succedere hæres nolit, nihil conferre tenetur. Solum tunc, si nimis habuit à Patre vivente, possent alij filij, hoc est, ipsius fratres, agere contra eiusmodi donationem, ut pote in officiosam & ipse obligaretur ijs Legiti nam saltem dare, de qua re agitur in *tr. de Donatione*. Interim lege *Delugo d. 2. 4. de just. n. 197. & Bonac. d. 3. de contr. q. 6. p. 7. § unico.*

*ibidē n. 4. sine*, post illud. *Erst deducenda*. Adde. Quando autem dat liberaliter; cum sponte der, videtur dare de suo (cum suo enim quilibet quemlibet gratificari potest) unde deducenda non erit, semper intellige, dummodo donatio non sit eiusmodi, ut præjudicet Legitimæ filiorum aliorum; hæc enim semper filiis debetur; quare si Legitimæ præjudicet, esset eiusmodi donatio, ut modo dixi, tamquam in officiosa revocanda.

Dixi (præter alimenta) hæc enim, quamvis necessario dentur, tamen videntur expensa ob bonum ipsius Patris, cui incumbit filium suum alere, ut pote partem suæ substantiæ. Hæc autem alimenta largiora potest uni potius, quam alteri donare Pater (sed sine fraude, qua Pater velit alios filios depauperare) quia dum in terminis alimentorum sistat, non est tam rigorose agendum cum Patre suorum bonorum Domino.

ADDITIONES AD LIBRUM VI.

Decalogi.

Cap. 1. § 3. num. 13. post illa verba, *aliter universal ter vidimus*. Adde.

Sed semper ex prædictis Privilegijs, in foro conscientiæ tantum.

*Eodem cap. 1. §. 4. num. 3. sine*, post illud *permissam crudelitatem*. Adde.

Qui Clericum cum uxore, matre, vel forore, vel propria filia turpiter inventum occidit, peccat, sed non incidit in excommunicationem.

Cap. *si verop.* quia iustum dolorem compescere, difficillimum esse, ait Glossa *ibid. V. Turpiter*

Idque recte notat *a Layman*. at certe is erit irregularis ex delicto, qui injustè occidit.

Cap. 2. §. 4. n. 8. sine; post illud. *est Provincialis*. Adde.

Notat autem *b Bauci*, satis esse, si quis habeat ab Episcopo facultatem absolvendi ab omni calu, & censura tali Episcopo reservatis, nec

esse necesse Episcopum dare facultatem ad abortum specialiter absolvendum, ut ego memini, me notasse *lib. 3. meth. Confess. cap. 7. n. 8.*

Cap. 3. §. 1. num. 11 sine, post illud, *de Injusto homicidio*. Adde.

Et recte Henriquez *a* dicit, circa irregularitatem ex delicto Homicidij voluntarij, culpam debere esse contra justitiam; idemque censendum esse de irregularitate ex dicto delicto; ac de obligatione restitutionis debite ex delicto.

*Eodem cap. 3. §. 2. num. 4. velus initium* post illud. *Sanguinis fundatur*. Adde.

Legi etiam potest Villaut, *b* qui probat, hoc Sacrilegium non subdi excommunicationis, sed ferenda, (quæ ferti non debet si Homicida dignam peraget poenitentiam).

Cap. 4. § 1. n. 5. sine. post illud. *videtur probabilior*. Adde.

Dixi *condemnationis* utique ad mortem, nam alicujus damni V. G. incarcerationis, ve eor, ne tua actio ex dicto num. 4 sit alquando moralis causa: Ipsa enim collocatio cadaveris ante alterius domum, est talis, ut ex illa, ut plurimum sequatur incarceration inhabitantis in domo, & sic inducet obligationem restitutionis damnum ex incarceratione sequentium.

*Eodem cap. 4. §. 3. num. 8. post illud. in omnia jura defuncti*. Adde.

Aliqua contra prædicta habet Thomas Hurtadus. *b* Illud est favorabile, non obligari quem piæ ad satisfactionem pro Homicidio, nisi petatur, & nisi petatur intra triginta annos, præscribi actionem, ita, ut non valeat amplius peti. Excipe in utroq; quando ideo non petitur quia nō potest, vel quia adest timor aliquis, & similia.

ADDITIONES AD LIBRUM VII,

Decalogi.

*Lib. 7. cap. 2. §. 1. num. 8. sine*, post illa verba. *fuit Ecclesia violata*. Adde.

Idem docet Ascanius Tamburinus *a* his verbis. Ecclesia, & cœmiteria occulte polluta, quā do pollutio later, non indigent reconciliatione, at quando incipit publicari violatio, necesse est, ut Ecclesia reconcilietur.

Cap. 3. §. 5. num. 23. sine, post illud, *mibi dubium non est*. Adde.

Hic insurgit nova quæstio. An possit quis negare debitum propter scetorem oris sui conjugis, hæc enim magna incommoditas est.

Respondeo, non posse, Primo, si scetor non est magnus. Secundo, si aliquibus remedijs, pu-

*a Henrig. de irreg. c. 3. num. 4. in gloss. litt. X.*

*b Villaut. decis. 29. n. 38.*

*c Tb Hurtadus. p. 2. rr. 8. ca. 2. Res. mor. 13.*

*d Asc. Tamb. de jure Abbat. d. 2. q. 11. n. 8.*

*a Layman lib. 1. tr. 5. p. 2. n. 8. & apud Dian. p. 9. tr. 4. ref. 2. b Bauci in sil. qu. 48. Tit. 6*